[illegible] monachorum [illegible] professione [illegible] continuus
[illegible] universaliter
qui mox ut incaluerit mero ipsum [illegible] vehementer aguntur
[illegible] nostri [illegible] nostri qui [illegible] ex multis ordinibus [illegible]
[illegible] respicimus unde ab intimo nomine
[illegible] palam [illegible]
[illegible] non consonat [illegible]
[illegible] sunt [illegible] qui et [illegible] nos [illegible] et [illegible]

q pro [illegible] principatus totius mundi sub nostra iurisdictione noviter
erugere: Nam [illegible] maxima [illegible] nostra opera suis erudiunt
ps ex diversis epistolis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] stimas [illegible] quod ubi [illegible] vices nostras [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] summa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] nostre filiis [illegible] omnium regnorum
[illegible] nostram ubi [illegible] [illegible] ut valeas [illegible]
[illegible] nostram [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] attentare [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] dilecto [illegible] consilio [illegible] [illegible] [illegible] reducat
[illegible] tabernaculi nostri et ad [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] hypocrisis [illegible] convertetur. hortamur [illegible] ut ad [illegible]
[illegible] et multo [illegible] possibile est. Nam [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] densissimum
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] olim [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] olim
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et principibus regnorum nostrorum [illegible] [illegible]
[illegible] illa [illegible] qua olim [illegible] [illegible] valuit [illegible]
in horribilibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] palatio nostro [illegible] [illegible] demonum [illegible]
Caracteri nostri consueti sigilli et [illegible] nostrarum ad perpetuam rei memoriam

Responsio.

Michael Archangelus unus de principibus primis qui astat in conspectu dei
in adiutorium filiorum Israhel, princeps militie celestis invictissimi filiorum
Christi et primi antistites singularissimus custos. Sathane inimico humani
et filiorum dei perpetuam damnationem, et obstinationem eternam. Nuper
egressis a te nuntiis falsis literis, qui mendax es et pater eius: et veritate
nunquam stetisti: si cum ex propriis loqueris mendacium semper dicis, presentem
tibi notam apponimus veritatem. Quecumque enim scripsisti adversus divinos ath-
letas invictos celorum thronos defensores unitatis, unionis ecclesie pa-
tronos zelatores. et [illegible] laudanda constantia martyres sanctorum

dignos professis coronis. Dominum Gregorium xij^m, ecclesie vere sponsum bonum et
vicarium Jesu xpi venerabilem Antonium corario Bononiensem dignissimum episcopum et sui sancti
patrui meritis camerarium, et religiosorum et pauperum devotissimum susceptorem
necnon fratrem Johannem Dominici vere religiosum, et tibi hostem antiquum nec
quoque contra sua voluntate electum Archiepiscopum Ragusinum, ex virulento fonte tui
pectoris falsi agitati invidia pariter: et dolore tabida nequiter percutit. Sed
tu in huius nequitiis quo liberum arbitrium ut spiritus simplex et non compositus in re-
verentibus tantis ad bonum naturalis exordia virtutum: et religionum semina
sancta celo non deferens, non parens paradiso terrestri, neque meminens dominum nostrum xpi
nectatoris tui rectissimas scholas imitare, extinguere satagens eorum fructus
quibus celum replentur: et acerrimos ictus quibus sepe verberatus ferre non vales
tonis tuis superbis insultibus excitatus, repugnare conaris. Ad quam tam celeber-
rima fama sanctis attinet quod tu illos ore sacrilego niteris criminari, sicut
ad infamiam spectat illorum, quos laudare videris, velut si forent satellites
tui veritatem neque tu solus primus, cum puero per illam promulgata, eorum salu-
tem tibi inimica aliquatenus impedire? Si moliebaris asseverei deum incarna-
tum esse xpm, cum te invisum increpans deus yhesus xpus non sinebat loqui, quia sciebat
ta ipsum esse xpm, cuius imperium coactus es adimplere crudelis bestia, donec
ipse Agnus dei ad tui penas moderatas relaxavit habenas ut soli mul-
ieri cretule ethnice et tue tamen in sompnis: et si invinlit id persuadere posses vero
rei vero quondam pilati, aut tibi persimis per universum seminare superbia, et humi-
les homines dotibiles deo, stiles effecit tui. Quemadmodum paulum et Barnabam
per lingua fenenice predicabas esse divinos. Sepe tu hereticorum ductor, vera
falsis commiscens nisus sub esca veri, hamo falsitatis incautos quosque
decipere putas in lapidibus et brutis, hominibusque simillibus illis sepenumero latitans
operanses quoque falsis nominibus malum bonum, et bonum malum, lucem tenebras: et
tenebras lucem affirmas. Quid tamen hec conaveris Coluber tortuose. Unquam
veritatem torqueris surdior Aspide imperat tibi dominus yhesus xpus ut audias veritatem
te permitens callide Anguis, sum impiis vinculis cathenatus, faber falsi-
tatis ausculta. Tu denique Salvatori patrone, veritati mendacium, bonis
mala, justissimis iniquissima. Unioni scisma, laudandis nephanda. Sin-
ceritati hyppocrisim. Agno lupum. castissime puritati luxuriam persuadeat hic

induratione devoto militi xpi, preparatione gratie collationi Symonia sic
et voluntarie paupertati avaritiam, persuasioni pie operandi extorsionem. Absti-
nentiis crapulam, et delicationes. Cardinalibus carpidinales: et per singulis
e converso nomen imponis. Qui quantum in te est sursus es attentare quietem
celi, si tibi non restitisset universa confunderis. Apud te deietat qui iuramentum
observat et non vocas fractionem qui vota suo deo reddit, aut in melius iura-
menta vota et promissiones secundum divina iura commutat. Tu serpens virulente
qui errores excitas inflammas sodomiam, Symoniam incitas doces hyppocrisim,
Religiones enervas. Adversaris continentie et universas virtutes impugnas
antiquo tuo execrabili more: deicere studes non solum [illegible] sed etiam
ab optima, utraque fama deo dilectum carissimum virum, qui merito contra fraticellos
hereticos dimicavit. Adversus Sodomitas in feudos [illegible] lignum provocavit
effer. Symoniacos multis tuis infames turpibus lucris privavit. Denudavit
deauratam pelle hyppocritarum [illegible]. Resuscitavit religiones extinctas
et fomite electas castimonia quam multis in [illegible] maritavit. desponsos
uni viro Xpiane castitati. turba magna contribuit ei; et convenit adversus te
intrepide pugnans. virtutum vexillis erectis ad arma vestra celestia a quibus
tu munde exultasti cum [illegible] gaudio vero replevit. Tu quoque qui fortis arma-
tus munde custodiebas in pace sitire prudentes
nos infernalibus armis atrium tuum olim custodiebas in pace; fere prude-
tiis, virtutis hore substinere non valens, sicut ab eius pirato iure nefa-
rio fecisti hos tibi odiosos, mundo quoque efficere molitus odibiles quibus fueris
oblitus quod sanctorum memoria vit perhennis est magis presertim celo post mortem quam
fuerit ipsa et verba vitam in vita mortali. Tu quoque xpm et dominum non contra Caypha
contra apostolos eius et non contra principes sacerdotum phariseos et scribas. contra pauperes
duos, et non contra avaros divites, pomposos armare, et iaculare conatus
insultus. Nunc quoque notorie mehercle adversus deum et adversus xpos eius toto
malignantis spiritu furis, palpans in hominibus quos tecum finaliter cruciabis
et cruciaris sed sicut tibi a deo concessum, quos ad tui penam in eternum gloriosos
videbis in illa beatitudine sempiterna a qua tua cum tuis satellitibus facinorosis ex-
clusus maneas sine fine maledictus a deo in igne eterno qui paratus est
tibi et angelis tuis apostaticis et falsitatibus semper intentus. Ego gloria etiam
absque expressione tui horribilis nominis: et absque mortis Sigillo tua strepit

a sapientibus cognoscuntur. Sed in talibus assuetus non uereris falsa falsis proculcare
latenter pariter et patenter in illos execrabiliter leuis nimis equanimiter ego et
ceteri boni spiritus impugnamus plurime, manifeste contradictiones appareat. quod
minimus scolaris terrestris suffitiat legendo primetre ualde clare.
Sed agam aduersum te multis pauca mendacia in eisdem litteris. Carus
deo frater Iohannes Dominici de quo primum scandalis numquam scripsisti, multis procura-
uit per uicarium Christi . ut scis Gregorium xii. aut quod multas animas perdidisti
papatum cedere non deberet, aut oppositum in fortitudine blasfemando scripsisti.
Sed nobis est notum in celo quod dominus electus a domino frater Iohannes restituit sepe suo
predecessori, aut alia est iuris consortijs aggregata et generose scribenti et de-
fendenti per te ex pia intentione et deo non aduersum, quod predictus dominus papa
cedere non deberet. Que mendaciter ei fingis quendam fratrem Basilium
cum quo numquam familiaritate iunctus, sed acerrimam pugnam manifestam
donec reddidit dictum Basilium deo fidelem ministrum. Eiusdem autem notis-
simas paupertate et abstinentia miras labefacta confirmas, cum non sit homo
in terra qui circa pecunias, gustationes, suspectum et infamia gule et leuitatis
ex aliqua experientia audeat accusare. Sed manu sub meo mucrone pro-
stratus: et lue penas, qui sicut ab origine tuo in creatorem tuum mox in
dampnandus caput extulisti prophanum. Sic nunc contra uerum uicarium eius sanctum
Gregorium xii. ausu temerario de linguis infandis composuisti flagellum.
Legibus ab eo manantibus per quas reges regnant: et legum doctores inter-
dicentur meo fratre Gabriele ministro per multos ignoratos uiros
et iuris peritos determinatum est ipsum quia reuerentia in celis et te iudicabit
et si pacta non foret obligatus non esse uenire Saona, sicut neque ad alium
dubium locum, unde sequeretur tui scismatis perpetuatio sicut desyderas
malignando. Tu enim demon inique hoc scisma dampnabile suscitasti, tu
illud fouisti et cum perpessus quod solus dominus Gregorius supradictus uicarius Christi illud et te cum ceteris
scismaticis abolere uolebat, misisti in corde prauis aduersum ut coloribus prauis
mentitis ad ueri pastoris expulsionem suis conantibus intendere uniuersis.
Ego uero custos Anastasij summi qui presit ea que ubi fuit clare ex diuino
mandato ad sui iunctionem, curam impendo sollerter, ubi tuas artes sollicitas
pessime machinatas comperi ex astrusis latebris tuis et insidiosis cautis.

eduxi, aperuique multis precordialis a deo - que me suggerente, nuntijs litis
et uiue uocis oraculo eis non Vicario yesu xpisto panderunt. horum quidem
fuere principes magni. Alij prelati fideles. Aliqui religiosi, professi nonnulli
scolastici viri mercatores que plebeios et alij huiusmodi qui reuelationibus instatus
a deo. Et si in iudam copiosum numerum inuenisti, non in me pergere ...
nus machinationibus decepisti. Lesus in modo productus astutissimus draco io
nunc faustius in insidiarijs aperte gaude ac si in fores obliuiis que iustus si ce-
ciderit non colliditur quia dominus cuius potentia detrusus es in inferno sup-
ponit manum suam. Et quia non potuisti me resistente perpetrare Scisma quod
suscitasti et fouisti rabide anxiaris cultores unionis papuos [illegible]
Labefactare conaris. O quoties stimulis furiarum tuarum et iudicas agitatum
quo prius Gregorius tui flagellis aduersus suos Cardinales ne dum aliquid eis
inflicta: sed nec minimo odio experiuntur gestantis. pro glorio ille sed quem
ad sui mirificam famam uideris principaliter debiturum in conspectu sanctissimus
summi. Ioannis a bona et ualde frequenter. Sic ste pisane que in i ...
nota et uiatoribus claustra aperis et manifestis. Videlicet quoniam ... falsis
mentitis coloribus persuasisti Cardinalibus Sanctum Gregorii caritatis alumnum
eos non amare quo quodcumque petebat non conferebat. eos in summam de-
tans quod pauca committebat eisdem.

Epistola Consolatoria super Morte Thome etc.

Scribere ad te soror in xpisto dilectissima suadet amor: sed retrahit dolor. hor-
tatur affectus: sed non sinit tristitia. Non enim est optimus consolator, qui
proprij uincit gemitus, cuius miserabiliter mollitis ... lacrymis verba desu-
dant. Testor deum s. xpistum me dolorum proprij tormenta que pateris non sine
singultibus et lachrymis scribere ualeo. Thome Germani tui amantissimi
obitus, plango quod accidit. sed quia sic placet deo, equo animo sustinebo. Ma-
tris tue filius ac uiduitatis baculus raptus est. Durum quidem: sed tollera-
bile, quia substulit ille qui dederat. Cur autem durum sit quod cunctis pandendum est.
Et cur dolemus quemquam mortuum? Ad hoc enim nati non sumus ut maneamus
eterni. Abraham, Moyses, petrus, Paulus vas electionis. et super omnia dei filius
moritur. et nos indignamur aliquem exire de corpore, qui ad hoc forsitan

raptus est ne malicia mutaret intellectum eius, placita n. erat deo aia eius
ppt hoc pperauit educere eu de media iniquitate ne longa uia i itinere
deuius aberraret anfractibz. Non contristemini inqt aptus sicut et ceti
q spem no hnt. nunq spes cu dolore concordat. Resurgere credimus nros
et plangimus qd faceremus si mori inmodo pmitteret deus. Voluntas enim
unqz sufficere deberet ad sollatiu cui nullu pponere iubemur affectum.
Quod dederat abstulit qui creauerat. Nihil abstulit nisi q recipere
dignatus est pprium. Creditu suu recipere decuit creditorem et nl aliud
decet q creditori suo gras agere. Sic Job legimus cuius pstam deuotissima
uoce dicentis. Dns inqt dedit, dns abstulit, sicut deo placuit ita factum
est, sit nomen dni benedictu. Parum q no erat hec consolatio q luctu
qnimo lugere debeat cu aliqd reddideut alienu, qa fas no erat apd
aliu retineri qd dno fuerat necessariu. Sicut Aduena et Peregrinus ptran-
siit uia et uita istam qm minus posuit de mundi rebz accipiens ut posset sci-
tus qa no erat de hoc mundo, no hebat hic Ciuitatem manentem, sicut
nec pter sui, Parum ei placuit mundus quem deserere cupiebat, cum
parcius posuit de spa eius accepit. et minus accepisset, si no parcius
obia eum cogisset: Erat n. mitis et humilis corde. et cu ceteris floret
iuuenibz, gratiam tn mansuetudis specialem obtinebat. Ideo se amabilem
et affabilem omibz exhibebat, sicut erat amabilis valde. Sectus igr tn
actum puto. fugit nempe in cunctas hz uite molestias ac post terrestrium per-
functione munerum ad celestia regna puenit. Cesset igr dolor et gemitus
et pro eo preces effundere no cesset os nrm. ut quem corpe no ualemus sec
cordatione teneamus. Tu aut omni tpe vale.

R eligiosis fratribz q i hibernia sunt et his max congregationibz quas bte memo-
rie Malachias epus fundauit. fr. Be. claro uallis vocatus Abbas para-
cliti cosolationem. Si haberemus hic manentem Ciuitatem copiosissimus fuere la-
chrymis plangeremus, tale nos amisisse ciuem. Certe si futura mag
inquirimus, ut opz, est qdem no modica doloris occasio, ita uicio duce
destitui. Debet tn Zelu temperare scia. et dolorem spei fiducia deliniri.
Nec mirari quempiam decet, si gemitu extorqt affectus. si desolatio lacrymas
exprimit, modum tn adhibere necesse est, i mo et no modica et consolatio-
nes

intuentes que non videntur: sed que non videntur. que enim videntur temporalia sunt; que autem
non videntur eterna. Primum quidem congratulandum est anime sancte, ne nos arguat
de inopia caritatis, dicens et ipse quod dominus ad apostolos ait. Si diligeretis me
gauderetis utique, quia vado ad patrem. Precessit nos ad patrem spiritus patris
nostri, nec modo caritatis inopes: sed ingrati invidi et rei esse convincimur. Super
omnibus que per eum nobis beneficia provenere. Si non congratulamur ei, quod de labore ad
requiem, de periculo ad securitatem, de mundo transiit ad patrem. Itaque et pium
est Malachiam flere defunctum. et pium magis Malachie congaudere viventi. Num-
quid non vivit? Utique et beate. Visus est oculis insipientium mori; ille autem est
in pace. Deinde et utilitatis nostre consideratio exultandum nobis suggerit et
letandum. quod tam potentem nos patronum ad celestem curiam, tam fidelem premisit ad-
vocatum. cuius et ferventissima caritas oblivisci nequeat filiorum: et probata sanctitas
obtineat gratiam apud deum. Quis enim vel Malachiam sanctum, aut minus posse
prodesse: aut minus suos diligere audeat suspicari? Profecto cum diligeret
prius, tempora nunc sue dilectionis adeo capit experimenta. et cum dilexis-
set suos, in finem dilexit eos. Absit autem ut tua o sancta anima sic minus
efficax existimetur oratio, cum prius invidius supplicare est maiestati; non iam
in fide ambulas: sed in gloria regnas. Absit ut imminuta nedum exinanitur
tua illa tam opportune caritatis reputetur. cum ad fontem ipsum eterne glorie patribus
pleno hauriens ore, cuius et ipse prius stillicidia sitiebas. Non potuit mors
cedere caritas fortis ut mors, immo et morte fortior ipsa. Nam et decedens
non erat immemor nostri affectuosius nos commendans deo: et utique quos con-
gregavit, solita illa sua mansuetudine et humilitate exorans, ut nostri non oblivisce-
retur. Unde et dignum duximus scribere vobis, ut sciatis nos et in spiritualibus siquidem
nostra in his exiguitas potest, hec patris nostri meritum umquam potuit in corporalibus
si forte opportunitas preberetur, eamdem vobis consolationem impendere, toto
devotione paratos. Et nunc quod dilectissimus Hiberniensis ecclesie gravem hanc de-
stitutionem toto miseram affectus. et eo amplius vobis compatimur, quos nos am-
plius ex hoc novimus debitores. Magnificavit enim dominus facere nobiscum, cum
locum nostrum dignatus est beati mortis huius honorare privilegio, et pretiosissimo
corporis eius locupletare thesauro. Nec molestum sit vobis, quod apud nos
habeat sepulturam, quem sic ordinavit deus pro multitudine misericordie sue. Ut nos vivum
haberemus: nobis hoc liceret ut defunctum. Et nobis siquidem nobiscum pater ille cari-

et est. nam in morte ipsius hoc nobis confirmavit testimonium. Quamobrem sicut nos
huius tanti patris gratia universos vos, tanquam germanos fratres totis amplecti-
mur visceribus caritatis, sic et de vobis idem sentire specialiter ipsa cogna-
tio persuadet. Hortamur autem vos fratres, ut boni huius patris nostri semper currentes se-
tari vestigia eo studiosius quo nobis certius sanctam eius conversationem divinitus
exprimendam innotuit. In hoc enim veros vos eius filios comprobatis, si paterna
virtute proximi fueritis. Nam in eo vidistis et audistis ab eo quemadmodum
oporteat vos ambulare, sic ambuletis ut abundetis magis. Siquidem
gloria patris sapiens filius. Nam et nostram non mediocriter excitavit desidiam et
teneritudinem maturitatis accepit presens nobis tante perfectionis exemplar. Atque utinam
sic nos post se trahat ut pertrahat ad superos. Amen

Humbertus famulus domini mortuus est. devotus famulus tuus, fidelis
ipsi vidistis quomodo nocte preterita inter manus vestras expiravit tanquam unus ex
amiculis terre. Per hoc triduum fatigavit eum mors, et demolita est preter-
fauces suas, ut satiaretur sanguine quem sitivit. Etiam fecit quod potuit
occidit carnem, et ecce recondita est in corde terre. Separavit a nobis
dulcem amicum, prudentem consiliarium, fortem. Nec immerito nobis separat insa-
tiabilis homicida, immo autem minus. Siccine separat amara mors? O bestia
crudelis, o amaritudo amarissima, o terror et horror filiorum Adam. Quid fecisti?
Occidisti, possedisti. Sed quid? Carnem utique solam. Anime enim non habes quod facias. Vo-
lat ad Creatorem suum, quem tam ardenter concupierat, tamen fortius secum fu-
erat omnibus diebus vite sue. Sed et ipsum corpus quod videris habere auferetur a te
cum in novissima inimica destrueris et absorberis in victoria. Reddes
utique, reddes aliquando corpus illud quod ad signum adventus tui tantis extrema die
spiritus: ac multiplici sordium squalore repleveras, letabunda et laudans
grata et hec tuis laudibus laqueis recessisses. Veniet unigenitus patris cum
potestate magna et maiestate habentem quem, et illud idem cadaver suum corpus
configurare corpori claritatis sue. Tunc autem quid? Profecto quod in hibernia scriptum est
In novissimo dierum stulta remanebis. et dubio in eternum vincta, et mors in
perpetuum morieris. Evomuit prophetam marina bestia quem deglutiverat
et tu reddes, quem videris illo vastissimo ventre penitus conclusisse.
Decreveram fratres facere vobis sermonem in hac forma satanis iste dei servus
exhibuit quem et longum fecit et magis longum quam ad longinquitatem vite
usque, magis quam ad vite sollemnitatem. Non oportet me amplius aperire os meum

si tamen retinuistis sermonem eius, si uera illa cordibus impressistis. Quinquaginta
annos et eo amplius uixit in seruitio illius cui seruire regnare est. qui a puerilibus
annis locatus est in sanctuario dei non plus sine querela sed et cum gratia eius ex
hoc memoria in benedictione est nobis et generationi que uentura est. sicut aduena
et peregrinus pertransiit uiam et uitam istam. quam minus potuit de mundi rebus
accipiens ut potius sciens quia non erat de hoc mundo. Non habebat hic ma-
nentem ciuitatem: sicut nec patres sui: sed in anteriora extentus, properabat
ad palmam superne uocationis. nihil tamen mundus quod iure clamet in eo
ut de eo. quia nec mundus ei placuit nec ipse mundo. Quam parcius potuit
de substantia eius accepit. et minus accepisset si non obedientia coegisset. Victum
et uestitum dumtaxat his contentus fuit, non ad superfluitatem tendebat. An-
te hos paucos dies si bene meministis, dum loqueretur ad inuicem dicebat
se monasterii huius prebendarium esse. et tamquam nullius utilitatis hominem
pasci in domo dei. Erat enim uere mitis et humilis corde, et cum ceteris
floreret uirtutibus, gratiam tamen mansuetudinis specialiter obtinebat. non se
amabilem et affabilem omnibus exhibebat. sicut erat amabilis ualde.
Veritatem in ore eius quod circumcisum fuit os eius et lingua. Omnes nos
plenissime cognouistis quam tarde uidistis eius conuersationem et sermonem eius audistis.
Quis umquam ex ore eius sonum detractionis, uerbum scurrilitatis, sermonem super-
biendi uoce audiuit. Quis eum ut alios iudicantem, ut iudicaret conuen-
ientem aliquando deprehendit. Quis eum loquentem inania audire potuit
immo quis non ab eo timuit si talia forte loqueretur audiri. Nimirum sollicite
custodiebat uias suas, ut non delinqueret in lingua sua. sciens quod qui
in uerbo non offendit hic perfectus est uir. Longe a se habebat ne illud euan-
gelicum, Ve uobis qui ridetis nunc quia flebitis. Numquam aliquis uirum eum
ridentem et per multos ridentes inuenit. Serenabat quidem uultum suum
assidentium gratia, ne fieret onerosus, sed risum integrum si tamen recolitis non
admisit. Porro quanti feruoris in opere dei diebus et noctibus fuit, non solum
uidistis: sed et admirati estis usque ad diem mortis sue. Cum enim fere iam
ad decrepitam peruenisset etatem preter incommoda senectutis et tot et tan-
tis infirmitatibus, quas multi uestrum non ignorant, lassatus atque quassatus. Erat
tamen ut dixi annis uictor annorum et etate nescius infirmitatum. Denique in

frigoribus et caloribus per montes et valles ascendens atque descendens summo
cum labore perficiebatur, ita ut admirationi esset omnibus et stupori. Si enim
quando propter multitudinem negociorum consilii gratia recessissem, tristis perseve-
rabat et nubilus, donec vultu consueto redderetur. Rarissime unquam solemni-
bus vigiliis, quas tamen non raro anticipabat, rarissime ceteris horis psal-
lentium choro inventus est defuisse, nec nisi ea necessitate, ut cosistant
rursum mortis huius infirmitas sequeretur. Porro in refectorio vix totis
cibis utens, si quid forte aliud apponeretur, aut non accipiebat, aut
tamen moleste accipiebat ut super hoc universitatem nostram sepius molestaret.
Decreverat aquam bibere semper, si non totis viribus restitissem. Vinum si
quando bibere cogeretur, erat vinum colore potius quam sapore, adeo illud aquis
nimiis obruebat. Vix unquam obvia compellente infirmitatorium introivit,
vix cum intrasset teneri potuit. Fateor minus obediens in hac parte, quia
auctoritas sue mole me premeret. Laudo eum in hoc, non laudo, quia sicut
nos scimus non parum in huiusmodi perstitit obstinatus. Credo quia si quid tristis
sensit, de necessitate huius sensit, quia minus nobis consensit de necessitate cor-
poris sui. Sed qualis erat in consiliis? purus utique et discretus. quod ego satis
melius novi, quo sepius tetigi pectus eius. Non solus autem novi hoc, novit
universitas vestra. Quis denique minutae et magnae temptationis passus
non audivit ab ore eius et radicem temptationis, et curationis remedium?
Ita penetrabat omnes angulos conscientie infirmantis, ut crederetur posse
quod confitebatur eum vidisse omnia, omnibus interfuisse. Quid autem caritatis
erat? Sic se induerat visceribus pietatis, ut omnes excusaret, pro omnibus
intercederet, nescientibus illis pro quibus loquebatur. non personarum acceptor, sed neces-
sitatum. erat ergo humilis corde, dulcis sermone, strenuus opere, in fructu caritatis.
in commisso fidelis, in consilio circumspectus et prudens. Compositus erat
super omnes homines, quos viderim in diebus istis. Unus et idem perseverans
omni tempore et omni hora. Plane in semitis domini ipse posuit vestigia, nec
retraxit pedem donec cursum funeris consumaret. Ille fuit in laboribus
multis. et hic in laboribus multis. Crucifixus ille, et iste multis et magnis
crucibus affixus stigmata ipse tulit in corpore suo adimplens omnia que
deerant passionum Christi et in carne sua. Resurrexit ille, iste resurget. Ille
ascendit in celum. et iste credidit ascensurus plane ad Regem glorie propter nos de-
scendere sicut prius ascenderat. ut nova faciat potentia sua, cum non mi-

noris excellentie sit descendere per aera, quam per aera ascendisse. Sic enim olim
angeli predixerant. Quia hic Jesus qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet
quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Ne laudaveris hominem in vita sua
ait scriptura, pro eo quod non est secura laudatio nisi post mortem, hoc et ego in eo
studio studiosius servavi, quod dum viveret in hominis non apud os meum, ne forte
possemus vel ego adulationis nota, vel ille culpa incurrere vanitatis.
Ex hoc sane neutrum iam timeo, nec ego eum video: et ille forsitan me non
audit. Sed et si audiat, non movebitur homo ubi fortius herens atque fe-
lians verbo dei. Nihil proficiet inimicus in eo: et vanitatis suggestor
non apponet nocere ei. Ecce enim iam certa res est pro dulcissime fons ille
puritatis quem tanto ardore animi sitiebas. Ecce immersus es in illa
dee pietatis abissum eius memoria habitudine securitatis tam devote
recitare solebas. Quis enim tam devotus predicator pietatis ~~dicet~~ dic quos
humane puritatis commendator tam studiosus, quis utriusque rei tam affectuosus
amator? Aut cui aliquando cum verba loquutus es, in quibus non vera puritas re-
sonaret. In quibus non sancta dei pietas audiretur. Non est super te doleo, aut
desyderium aut me tribuit deus; mihi potius ademptum doleo fidele con-
silium, auxilium grande, virum unanimem, hominem secundum cor meum. In me hec om-
mala cadunt. Super me transierunt ire tue domine Jhesu, et terrores tui conturbaverunt
me. Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria separabis me in
miseriis reliquisti. Abstulisti mihi germanos carne, germanos spiritu, et in meis nego-
ciis et in scolasticis simul et sapientes. Subtulisti alios atque alios qui omnia
meum portabant, onus grande quod mihi imposuisti. Unus mihi et ipse solo
humbertus supererat tantum necessitatis meis, et eo suavior amicus quo amicior
et hunc tulisti quia meus erat. Ego ego solus ad verbera relinquor, ego morior
in singulis, et omnes fluctus tuos induxisti super me. Unum quem flagellas occi-
das semel: et non miserum hominem totiens, et tantis mortibus punies. Verumtamen
non gradior sermonibus sanctis. Sed quod cepit ipse me torrerat, et dicit mihi consolans
sit, quod affligens dolore non parcat. Ego in flagella paratus sum, si forte pius
pater et dispensa flagella commiscet. Ita et verba mea non murmure plena sunt
sed dolore. Non ploro humbertum, nec ille plorandus est quia vocatus est ad mensam
divitis: sed super me, et super vos ploro, et super domum istam super ceteros fratres nostros.

q omīs ab eius ore ꝯsiliū expectabat. Sic .n. et Saluator crucē suā tanq̄
lat° suū laqueū portans, cū mulieres eū a Galilea secute fuerāt sup ſe
lamentantes respiceret, cōuersus ad eas dixit. Filie ierlm nolite flere
sup me ſʒ sup uosipās flere, et sup filios u̅ros. Et .n. ea q̄ de me sʼ finē
hn̄t, que uidetis in ꝓparari tpr̄ia sʼ, q̄ nō uidetis eterna. Si tpr̄ia sunt
trāsitoria sʼ, si trāsitoria sʼ et mortalia sʼ: et transeundi ac moriendi
argumentū hoc solū est, q̄a uideri possunt. Tpr̄ia fuerūt q̄ i hūberth nr̄o
ꝯspeximꝰ. ſʒ iā optinet gaudiū et leticia sempiternas continuare. Non est
g° lugendus nobis, cui nec luctus, nec dolor est. Sʒ n° p nob q̄ʒ illo
solatus est murmurādū. Magis agamꝰ grās q̄ tādiu gessus ē nobis.
Sigde ut ego arbitror, decennium iā decursum ē q̄ nō uixit nisi nob
et p nobis, atqʒ hic timor meus, ne iō translatus sit, q̄a nō eramꝰ
eum digni ꝯsortio illiꝰ. Quis scit tn̄ si ꝓpterea solatus sit. ut nos suis in-
tercessionibꝰ protegat apud p̄rem. utinā sit. Si .n. tante caritatis erat dum
esset nobiscū, ut oīa que ad corporeā necitatem spectant libentiꝰ m̄ q̄
sibi cederet, q̄to magis nunc cū illi sumē caritati que deus est inheret.
Maiorē h̄t ī me grām et caritatē. Sʒ forsitā nunc de me, et ꝯuersatōe
mea nouit plenius ueritatem nec compatit' ut solebat. ſʒ ut uereor
indignat'. Et si et ꝓpter pcc̄a n̄ra abstulit eū deꝰ, utinā idem ipē obtineat
ut nobis hoc ipm̄ misericorditer relaxet, ne penā sup penā sustineamꝰ.
De reliquo f̄res dico uobis si sequemini uestigia eiꝰ nō erit facile in
uanis cogitationibꝰ: et ociosis sermonibꝰ, in iocis et scurilitatibꝰ laborantes
q̄a i his multū p̄ditis, et de uita n̄ra et de tpr̄e u̅ro. Volat irreuocabile
tpus, et dū creditis uos cauere penā istā minimā, prouenitis ampliorem.
Illud .n. scitote q̄a post hanc uitā i purgatoriis locis ꝯsumphet q̄ fuerint
hic neglecta reddentur usqʒ ad nouissimū quadrantē. Scio ego q̄a du-
rum est hoī dissoluto apprehendere disciplinā. Verbose silentiū pati. Va-
gari soluto, stabilem ꝑmanere. Sʒ durius et multo durius est futuras illas
molestias tollerare. Et homo iste q̄ sepultus est. multa i pn̄° sic ipē co-
gnoui sup hmōi temptamēta sustinuit. ſʒ cū multo luctamine pugnauit
et uicit. Et sicut tunc ei durum erat pugnā i temptationibꝰ sustinere. sic ei
modo durius esset ad illas ineptias reuolare. q̄a bona ꝯsuetudo uenerat
ī nām et sic finit'.

Frater Ambrosius sce Camaldulen heremi por. Venli fri nro Sebastiano Salutem
i dno et sincere caritatis affectum. Scripsimus ad te ex itinere, qa sic affectus
suadebat nobis. ne te quem pris loco semp amauimus ignarum rerum nrarum
esse pateremur. Venimus cotento itinere Constantiam, primo. inde Basi
leam. Tertiodecimo a uerona lapide fauces montium angustas admodum
ingressi sumus. Medias interfluit Athesis flumius altus ac rapidus. Vaste
ac terribiles i celum eminent rupes. Vbi fauces illas excessimus. reducto
paulatim ac molliter sinu, utraq ex parte fluminis, sese apit campus.
sicq latitudo succrescat: ut arua exculta et prata plurima atq latissima
plurimum amenitatis transeuntibus faciant. Saxeus utrinq ac ppetuus
mons, crebris distinguitur iugis. Silua ubiq cedua, et fronde uaria regitur
Ripas amnis frequentes ornant Ville. Castellaq locorum situ munitissima.
Octo ferme dieb iter habuimus inter illa munimenta. lene atq placidum, do
nec ad fluminis illius initia, fontesq peruenimus. nihil solis molestijs lesi. lo
cum ubi duo pari ab se interuallo separata. Amni originem trahunt, quaqua
uersum passibus mille se extendentes. Alterum fluminis quod parte fere magnitu
dinis ex se pandentes. Ex tridento semibarbara ciuitate uiuendi enim
imutare incepimus. ac Theutonicis cibarijs pasci. lautis quidem atq copiosis
sed initium a ritu nro. usq remotis. Omnibus me cosuefacio. preter Butyro
quem nulla ratione pati possum. Iter lente satis egimus. consulto. qa sic
nobis erat imperatum. dies plures cogeremus. itaq xv. Augusti Basileam
peruenimus integri oms atq icolumes xpo ppitio. Constantie remorati
P ante eramus triduum. Nobilis sane et pulchra est ciuitas, et quam alluit
Lacus celeberrimus et Rhenus et Amnis. Adequaueramus lacum xxx ferme
milibus passuum, usq constantiam. Basilee uero ubi cognitus est aduentus nr
omnes ferme occurrere nobis plati et legati Regum, ac principum ingenti cum
Leticia et apparatu, deductiq sumus ab equitibus fere quingentis, omnibus
expectatione suspensis et studiose satis querentibus quid nam attulissemus. Pau
cis diebus gestis pmissis sexto tandem postq adueneramus die audientiam p. sumus et
Ego qui nunq tale aliquid attemptassem, celsa et sonora uoce orare coactus

Smone satis plixum hui, quę in pus amica scripsam: puentq3 audiere
oms. Legatus nr nos honorifice accepit, et accipit q̄tiens ad illu p̄gim9.
Magna mihi cura est hois illius ut plane singularis. in sententia mea
traducendi: cui rei tanta in spes interdu subiicit ut nihil sup. tam sepe
desperatio subrepit, ut spem omne lenore incipiat: s̄ tn̄ nō despo fore
ut ecclię dei magna ex illo pareant ornamenta. Sumus i quottidiano
certamine: et p uoluntate sepe res agit nulla ratione duce, ut stoma-
chari sepe cogamur. conspiratos qua pontificis sumi et ecclię iudices se
dicant. Dissimulam9 interdu. sepe in erumpim9. neq3 cōtinē possum9
qn libere p iniuria loqm. legatum imprimis adorimur iure nro et
fiducia ppt singulari, quippe cui familiarm iā diu iuncti sum9, et ab ob-
iurgatione modica certe nō parcim9 q̄ patitur ut humilitas nra, uel
ipius dignitas. Orandus ē de9 ut pacem rebus det: ut a corpore x̄
sca ecc. scissura oem tollat. Nam sepissime uolitans ples offendim9
et eos qd pncipales, qrp arbitrio si res gerat: male cuncta succedent.
Vides pr i qua fluctuatione sum9, qua nos despatio rerp fere oim3 hēat.
Ora ut nri misereat yhs. et qm ad hoc stadiu sum9 euocati, prestat ut
illesi saltem, atq3 integri ad nos redeamus. Vigilant isti, ut qd uolunt
9sequant. neq3 regem ulla oculis pstant du id fiat qd iniq3 moliuntr.
Nos dormitamus et plane dormim9. et p nrum torpore, uires aduersa-
rijs pbem9. Cito reuerti (ut spam9) nonnulla suadent. diuti9 ut hic re-
moremur, nō desunt que minent. Ora pr ut nos hinc integra Rat-
et mercibz recipiat de9. Vale et nos ppetuo dilige. nosq3 prectori nro cō-
menda. Salutant te q mecu sunt oms et Agu9 imprimis filius me9. Ba-
silee 3 Septembr. Philippu quoque hortare, ut uelit iuuenilia iā dimittere
et sese aliqn uirtutis studijs tradere. Salutam9 et frēs et oms de familia.

¶ Smo de laudibz Theologie

Nouimus ueterp phorp disciplinas, ac sectas i summo honore seculis poribz habitas p̄-
stantismi uiros et uiri doctissmi. Non qa tmmodo ex ijs bn agende uitę precepta
ducerent: s̄ qa auctores hūere clarissimos, q plurimu illis attulē celebrita-
tis et glię. Sic illa uetus Achademia insignium phorp frequentissma nutrix, nō
ta utilitate doctrine ppolluit, q̄ sui fundatoris fama platonis. Sic et pypa-
teticas ingenia gloriā Aristoteles parens addidit. Ne uo singulos recenst paucra

Alij Pictagora. Nonnulli Democrito. Cyrenaici Aristippo. Stoici Zenone gaude-
bant. Quia uero ad laudem disciplinarum et artium plurimum conferre uidetur glo-
sus nomen auctoris. Quid de laudibus atque amplitudine diuine sacre dicam.
Cuius auctor extat Altissimus deus et non mortalis homo. Hec hereditas dei est
et filiorum eius cara possessio nuncupatur. hanc prophete predicauerunt. patriar-
che diuinitus hauserunt. Quam et dei filius postquam in terris uisus est, et cum
hominibus conuersatus est, aperuit et declarauit, et quid tenendum quid uitandum cla-
rissime demonstrauit. Hec nempe illa sacra sapientia que ex ore altissimi prodijt
philosophis quidem ac huius seculi prudentibus abscondita. Infirmis autem et paruulis reuelata.
Per ipsam enim fide ornamur. spe confirmamur et caritate roboramur quam qui inuenerit
Inueniet uitam, et hauriet salutem a domino. Hec est Labium quod Moyses posuit in
tabernaculo dei In quo lauarentur Aaron et filij eius cum ingrederentur sancta sanctorum
Cuius celsitudinem Aurelius Augustinus diuersis voluminibus explicauit. Illius inquit oratio etenim
est mira indeficiens, cognitio vera, pertractatio facilis, degustatio grata, admi-
rabilis perscrutatio, uberrima est et fecunda, primum ac conditionem cuique se acco-
modat. Quia si magnus est, uenustate pascit, si paruus, affabilitate et placa-
bilitate nutrit. Nec quisquam recte sensit, aut unquam egregie, acuteque dis-
putauit, qui illam aut contempsit, aut parum nosse curauit. Nam ipse Firmi-
anus, sicut hominis uita multis rebus impeditur quominus possit esse perpetua, sic
sapientiam quoque eius, multis impediri necesse est quominus perspicienda penitus ue-
ritate perfecta sit. Igitur nulla est humana sapientia si per se ad notionem ueri scien-
tiamque nitatur. quoniam mens hominis cum fragili corpori alligata et in tenebroso
domicilio inclusa, neque liberius euagari, neque clarius perspicere ueritatem potest.
cuius notio diuine conditionis est. Unde sanctus digne vani a sapiente dicti sunt omnes
homines in quibus non subest scientia dei. Cuius finis nullus alius est quam conspicari quod primum
et increatum nosse et perdocere ueritatem. In cuius uisione summa dilectio
neque dulcissima tota felicitas et perfectio nostra consistit. Cuius aliquibus principijs
hic fieri cepimus, qui ut summi eloquentie principes uitae ubique in uita humana
diuina studia coluerunt. Et sicut stellas celi non extinguit nox. Sic mentes
fidelium inherentes firmamento sacre Scripture non obscurat mundana iniquitas
d.38. Et quod maxime nobis sacrarum scripturarum studijs diligendum est. Illuminati
diuinis eloquijs est anima. et coruscante dei uerbo errorum tenebre repellende sunt.
Qui enim inquit Daniel docti fuerint. fulgebunt sicut splendor firmamenti et q

ad iustitiam erudiunt plurimos, qui stelle in perpetuas eternitates. Hanc igitur preca-
rissimam disciplinam nostram hi duo merito coronandi ab ineunte etate usque
omnibus pretulerunt [illegible] divinas non esse in comparatione illarum, cuius melli-
flua suavitate et eximia pulcritudine rapti, seipsos ad hoc dive facultatis stu-
dium contulerunt, relictis aliarum rerum minus utilibus curis. Quapropter dilectissimi
deo fratres huc accedite quorum bonorum laborum gloriosus est fructus. Sacrum igitur ma-
gisterii culmen assumite quod hoc horum celebrium virorum doctorumque collegium
vobis ex vestris largis virtutibus et ingenii sollertia concedit. Corona quoque sig-
num iustitie et sapientie expressum capitibus vestris impono. Ut cum prius hos regio
actus infrangibile militia in ea deo militetis. sedeantque in primis cum
principibus et in futuro solium glorie teneatis. Amen :)

Sermo de laudibus theologie.

Quamquam apud nonnullos sepe dubitatum et hesitatum sit, cum de sacre theologie
laudibus orationem eximiam in viro eruditissimorum hominum cetum facere constituissent
Neque temere aut inconsulte ab eis enuntiaretur cum de re adeo sublimi
excelsaque dicendum esset. Tamen pro existimatione ac doctores eximii pro nostri
pusillitate ingenii vestra cum humanitate pietateque confisus maiorum meorum probatis-
simum ritum et vetustissimam consuetudinem imitari constitui et de sacratissime
theologie laudibus hodierno die brevem in oculis vestris conficere orationem. Quod
etsi non dubitem gravissimum a me onus esse susceptum. Cum non sit vir sublimis
ubi dignus vir laus mea ponuisset [illegible] oratio. Adeo tamen me recreat humanitas
vestra pro peregrinum ut siquid minus ornate aut lepide siquid minus digne
dictum a me fuerit ipsum non solum imperitie mee sed rerum de quibus dicturus
sum maiestati ac magnitudini tribuendum esse censebitis. Quare cum plerique va-
rias eius partes earum laudibus ornare moliti sint, nos in primis solum eius
sublimitatem nobilitatemque disseremus. Atque ut paulo altius repetamus. Homo
sanctissimus ille Moyses primus legem domini lapideis tabulis firmandam imitandamque
populo dedit. Accessere deinde innumeri pene scriptores auctores
interpretes, poete et omnes hanc esse veram perpetuamque sapientiam certarum omnium
duarum reginamque firmissimis rationibus ostenderunt, que summi immensique dei
eternitatem, immortalitatem, immobilitatem, maiestatemque pertractat. Cuius imperio
totius mundi rerumque omnium universitas gubernatur et regitur hec deum esse
trinum et unum. Trinum scilicet personis. Unum vero essentia, cuius voluntate

et nutu ex nihilo creata sunt omnia. cuius sapientia ordinata et disposita cuncta persistunt,
aptissime demonstrat. Qua una patrem esse ab eterno unigenitum, filium a patre
genitum: eidemque coeternum, spiritum sanctum uero, ab utroque procedere certissime docemur.
Qui licet personis distinctus sit, tamen unus deus essentia, unus substantia, unus simplicitate
potentia maiestate verissime creditur. Unus qui rerum omnium principium causa, motor, plas-
mator, Creator, opifex, sine initio principians, sine fine gubernans, ad
quem cognoscendum non modo humanus: sed nec angelicus quidem sufficit intellectus.
Hec illa est sapientia, que in duo divisa est testamenta, uetus et nouum, que de
angelorum natura et ordine, que de prophetis, de martyribus, de summo bono, ve-
raque Beatitudine pertractat. In cuius noticia nostra omnis fides: christianaque religio sita
ac reposita est. Cetere nimirum scientie dicere quaspiam? ut nobilitate subiecti, uel
demonstrationum certitudine sese invicem antecellunt. Hec autem una et certissimis
rationibus: et nobilitate subiecti, quod deus est unus, et immortalis, non solum reliquas
antecellit: sed et illis uelut Regina quedam nobilissima imperat ac dominatur. Hec
illa est altitudo divitiarum omnis sapientie et scientie dei, ad quam unam adipiscen-
dam non labores assidui: non extreme omnium calamitates, non iniurie nos re-
tardare debent. Propositum enim plura? hec illa, quam incontingibile est
lumini nostro: et de Antiquis, aut Aristotelis in illius comparatione harena est exigua.
Hic nos dies nostros: etatemque omnem pro eius noticia comparanda libentissimo animo
consumpsimus. hanc unam nobis dominam, amatricem, sponsamque delegimus. cuius
pulchritudine, venustate, et forma adeo capti et allecti sumus, ut dies nostros
et cogitationes, studia, ceteraque in hanc solam facile transfunderemus. Tandem
desyderio nostro minime frustrati sumus. ubi hodierna hec dies adeo nobis felix
illuxerit ut tam gravissima auctoritate: vestroque integro iudicio pro amplissimis
digni uideremur. Qui post suaves labores: et dulces sudores nostros angu-
stias ad hanc summam magisterii dignitatem, et gradum assumpti: et in hac orna-
tissima sede collocati essemus. Ex hoc tantum animi in nobis virtus, atque mentis
inconcussum robur, firmitum ut est petra in mari quam super fluctus natura
fundavit. que undarum tumentium collisione frequenti uapulat, non mouetur.
Ut post abscessum anime, post carnis interitum angelorum consortio dignandi simus, eterno
Regno accepturi celorum: et in perpetuum regnaturi cum christo. Quod nobis elargiatur
deus omnipotens immortalis. Amen

Johannes picus Mirandula Jo franc° nepoti Salutē ī eo q̄ est uera salus.
Discedenti tibi a me plurimas statim ad malū oblatas occasiones que
te pturbent: et arrepto bene uiuendi pposito aduersentur. Nō est
fili quod admireris; Sed neq3 quod doleas aut expauescas. Quātum illud
potius esset miraculū si tibi uni inter mortales sine sudore uia pateret
ad glām. quasi nūc primū et fallax mundus: et malus Demon esse
desineret, aut quasi tu ī carne adhuc nō esses, que cōcupiscit aduersus
spūm, et nisi saluti nr̄e uigiles pspexerimus, circeis ebrios poculis in
prodigiosas brutorū species illecebrose deformat: Sed et gaudendū tibi
esse affirmat Iacobus scribens gaudete frēs cū in temptationes uarias īci-
deritis. Nec īmerito qdem. que n. spes glie; si nulla sit spes uictorie,
aut uictorie locus quis esse pot ubi pugna nō est. uocatur ad Coronā
qui puocatur ad pugnā, atq3 ad eā pcipue in qua nemo uinci pot In-
uitus: neq3 alijs nobis ut uincamus uiribus opus est q̄ ut uincere
ipsi uelimus. Magna christiani felicitas qn et ī eius arbitrio posita est
uictoria et omni uincenti uoto oīq3 expectatione maiora futura sūt
premia. Dic queso fili car^me est ne aliquid ī hac uita ex his, quorum
libido terrenas agitat mentes, pro quo adipiscendo nō multi prius su-
beundi labores, multa indigna et misera tolleranda sint. Bene actum
secum putat mercator, si post decennem nauigationē: post mille in-
comoda: mille uite discrimina rem sibi compararuerit paulo uberiorē.
De militia seculi nihil est quod ad te scribā. eius miserias, ipa satis te
docuit, et docet expientia. In principū gra promerenda, ī equalium
amicitijs cōciliandis. ī honoribꝫ assequendis, que moles molestiarū, quātum
anxietatis, quātum sit sollicitudinis ex te ego discere potius possum q̄
te docere, qui meis libris, meo ociolo contentus a pueris usq3 intra
fortunā uiuere didici, et quātum possum apud me habitans nihil ex-
tra me ipsum suspiro uel ambio. Ergo terrena hec, caduca, incerta, uilia
et cū brutis qꝫ nobis communia, sudantes etiā, et hanelantes uix cōse-
quemur: ad celestia atq3 diuina que nec oculus uidit neq3 auris
audiuit, neq3 Cor cogitauit, somniculosi et dormientes, et ppemodū

inviti a dijs trahemur? quasi sine nobis aut deus regnare aut celestes illi
cives beati esse nõ possint. Profecto si terrena felicitas ociosis nobis compararet:
posset aliqs laborem detrectans malle mundo servire q̃ Deo. Sed si nihil minus
q̃ in via dei: imo longe magis ĩ peccatorũ via fatigamur, unde illa vox
damnatorũ lassati sumus ĩ via iniqtatis, nõ põt non extreme esse dementie
ibi nolle potius laborare, ubi a labore itur ad mercedẽ, q̃ ubi a labore
itur ad suppliciũ. Mitto q̃ta sit illa pax, q̃taq3 felicitas animi nihil con-
scire sibi, nulla pallescere culpa, que procul dubio voluptatib3 omnib3, que possi-
deri, vel optari possint ĩ vita, longe preponderat? Quid .n. optabile ĩ volup-
tatib3 mundi que diu queruntur fatigant, cũ acquiruntur infamãt, cum
amittuntur excruciat. Dubitas fili impiorũ mentes ppetuis curis nõ agitari?
Verbũ est dei, qui nec falli põt, nec fallere? Cor impij quasi mare fer-
vens qd qescere nõ põt, nihil .n. illis est tutũ, nihil pacatũ, oĩa metu-
unt, oĩa curas, intentãt oĩa mortẽ. His ne igr invidebimus? hos emula-
bimur? et obliti ppriẽ dignitatis, obliti patriẽ: patrisq3 celestis: horũ nos
ipi, cum liberi simus nati, ultro mancipia faciemus? et una cũ illis
misere viventes, morientes miserius: miserrime tandem eternis ignib3
affligamur? O cecas hoĩu3 mentes, o pectora ceca: quis nõ videat vel
luce clarius hec oĩa esse ipa veritate veriora, nec tamẽ facimus que
facienda esse cognoscimus: sed heremus adhuc, neqq̃ã ceno cupientes
avellere plantã. Occurret tibi fili ne dubita ĩ his presertim locis ĩ quib3
habitas innumera singulis horis impedimẽta? que te a pposito sancte
beneq3 vivendi deterreãt, et nisi caveas, agent in preceps. S3 inter
oĩa exitialis illa est pestis versari inter eos dies, et noctes: quorũ vita
nõ solũ oĩ ex parte illecebra est peccati: s3 tota ĩ expugnanda virtute
posita sub imperatore diabolo. sub vexillis mortis: sub stipendijs gehenne
militat, adversus celũ, adversus dnm: et adversus xpm eius. Tu autẽ
clama cũ pphã Dirumpamus vincula eorũ: et pijciamus a nobis jugũ
ipsorũ. hi sunt .n. quos tradidit deus ĩ passiones ignominie, et ĩ reprobũ
sensũ, ut faciãt ea que nõ conveniunt, plenos omni iniqtate, plenos
invidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, detractores, deo
odibiles, contumeliosos, supbos, elatos, inventores malorũ, insipientes
ĩcompositos, sine affectione, sine federe, sine misericordia. Qui cũ justiciã

Justicia dei quottidie videant. non intelligunt tamen quoniam qui talia agunt digni sunt morte.
non solum qui ea faciunt: sed et qui consentiunt facientibus. Tu igitur fili noli illis placere
quibus ipsa displicet virtus: sed illud apostoli tibi semper sit ante oculos, oportet magis
deo placere quam hominibus: et illud si hominibus placerem, christi servus non essem. Inva-
dat te sancta quedam ambitio, et dedigneris eos tibi vite esse magistros, qui te
potius preceptore indigeant, Longe enim decentius, ut ipsi tecum bene vivendo
meliores esse incipiant, quam ut tu velis per obmissionem boni propositi cum illis mi-
pire obbrutescere. Venit mihi verum fateor aliquando extasis quedam et stupor quo-
tiens cum mecum incipio studia hominum, aut (ut dixerim significantius) meras
insanias, nescio, an cogitare potius quam dolere, mirari, an deplorare. Magna
enim profecto insania evangelio non credere, cuius veritatem sanguis martyrum
clamat, apostolorum resonant voces: prodigia probant: ratio confirmat, mundus te-
statur, elementa loquuntur: demones confitentur. Sed longe maior insa-
nia, si de evangelii veritate non dubitas, vivere tamen quasi de eius falsitate
non dubitares. Nam si illa sunt vera difficillimum esse divitem ingredi regnum
celorum, quid cumulandis quottidie divitiis inhiamus. et si illud est verum, queren-
dam gloriam non que ex hominibus: sed que ex deo est, cur de iudiciis hominum
semper pendemus? Deo placere nemo est qui curet. et si firma in nobis
est fides, futurum aliquando ut dominus dicat. Ite maledicti in ignem eternum. et
rursus venite benedicti possidere regnum paratum vobis a constitutione
mundi, cur nihil minus aut timemus quam gehennam, aut speramus quam regnum
dei. Quid possumus aliud dicere quam multos esse nomine christianos, re pau-
cissimos. Tu vero fili contende intrare per angustam portam, nec quid
no multi agant attende: sed quid agendum ipsa tibi nature lex, ipsa ratio,
ipse deus ostendat. Neque enim aut minor tua erit gloria si felix eris
cum paucis, aut levior pena, si miser eris cum multis. Erunt autem duo
precipue presentissima tibi remedia adversus mundum, et Sathanam:
Quibus quasi duabus alis de lachrymarum valle, tolleris in altum, elemosina
